



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

237. Quis timendus, & qui non timendi?

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCXXXVI.

*Didagma XLII. Summa institutionis
ad predicandum.*

I. **E**Vntes prædicate, dicentes: Quia ap-
propinquavit regnum cælorum. *Mat-*
thæi 10. v. 7.

II. Infirmos curate, mortuos suscite,
leprosos mundate, dæmones eijcite: Grati-
accepistis, gratis date. *Matth. 10. v. 8.*

III. Qui recipit vos, me recipit: & qui
me recipit, recipit eum, qui me misit. *Mat-*
thæi 10. v. 40.

MEDITATIO CCXXXVII.

*Didagma XLIII. Quis timendus,
qui non timendi?*

I. **N**olite timere eos, qui occidunt cor-
pus, animam autem non possunt oc-
cidere: sed potius timete eum, qui potest
& animam & corpus perdere in gehennam.
Matth. 10. v. 28.

II. Nónne duo passeret asse vaneunt,
& unus ex illis non cadet super terram sine
Patre vestro? Vestri autem capilli capitis
omnes numerati sunt. Nolite ergo timere:

mul-

multis passeribus meliores estis vos. *Matth.*
10. v. 29. 30. 31.

III. Omnis ergo, qui confitebitur me co-
ram hominibus, confitebor & ego eum co-
ram Patre meo, qui in caelis est. Qui autem
negaverit me coram hominibus, negabo &
ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.
Matth. 10. v. 32. & 33.

MEDITATIO CCXXXVIII.

*Didagma XLIV. Quid venerit Chri-
stus in terras mittere.*

I. **N**olite arbitrari, quia pacem venerim
mittere in terram: non veni pacem
mittere, sed gladium. Veni enim separare
hominem adversus patrem suum, & filiam
adversus matrem suam, & nurum adversus
socrum suam. Et inimici hominis, dome-
stici eius. *Matth. 10. v. 34. 35. 36.*

II. Qui amat patrem aut matrem plus
quam me, non est me dignus: & qui amat
filium aut filiam super me, non est me di-
gnus. Et qui non accipit crucem suam, &
sequitur me, non est me dignus. *Matth. 10.
v. 37. 38.*

III. Qui invenit animam suam, perdet
illam: & qui perdiderit animam suam